



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 105. Legatus relicta Francia Romam reversus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.** „enim erit omnibus, quod copiis con-  
A.C. 1589. „tra Protestantes destinatis non sine  
 „partis Catholicæ excidio invadere de-  
 „creveris illos, qui sacræ Sedi obnoxii,  
 „ac summi Pontificis auctoritati sub-  
 „jecti sunt.,, Rex ad hæc ita reposuit:  
 „nullum foedus inii cum Calvinistis, imo  
 „etiamsi pacem cum illis pepigissim  
 „illius culpa non mihi utpote hæreles  
 „debellare semper parato, sed Pontifici  
 „imputanda venit, quia ille absolu-  
 „tionem mihi impertiri pertinaciter de-  
 „negavit, hac autem ratione meorum  
 „subditorum rebellium factiones semper  
 „foventur: insuper culpa hæc etiam reji-  
 „ci debet in Maduani Ducis, aliorumque  
 „fœderis Principum pertinaciam, qui  
 „suum a pace aversum animum sat mani-  
 „feste testatum reddiderunt, dum hujus  
 „controversiae arbitrum Sanctitatem  
 „suam admittere recusarunt: porro hæc  
 „tibimet ipsi sat nota sunt, quia ipius  
 „ad flectendum hujus Ducis animum  
 „frustra operam tuam impenderas: de-  
 „cetero extrema perpende mala, qui-  
 „bus Regnum affligitur, hinc invitus  
 „licet, vi, ac necessitate compulsus ad  
 „hoc medium confugi.,,

### §. CV.

*Legatus relicta Francia Romam  
reversus.*

Acc.

Accepto hoc responso Legatus, cum Sæcul. XVI.  
A.C. 1589.  
sibi minime satisfactum esset, rei Davit. l. 10.  
gestæ seriem Romam perscripsit, cum  
vero inducias jamjam promulgatas in-  
telligeret, omnino e Galliis excedere  
parabat. Verum a Rege detentus ro-  
gabatur, ut adhucdum cum Maduano  
Duce conferens eundem ad concordiæ  
viam quovis pacto inclinare satageret.  
Annuit Legatus, ac Castelloduni eun-  
dem convenit, nihilominus, quamvis  
Rex huic Duci, cunctisque ipsi addictis  
proficuas offerret conditiones, Lega-  
tus tamen Ducis animum flectere de-  
sperans, ad Borbonniensem agrum se-  
cessit, ubi paucis post diebus acceptis  
Roma literis eo reverti iusius e Gal-  
liis migravit.

### §. CVI.

#### Franciæ Regis colloquium cum Na- varro Rege.

Paulopost ambo Reges in castro Plef- Mem. du  
fiacensi apud Turones die trigesima Peſſis Mor-  
Aprilis colloquium habebant utrique nay abreg.  
parti acceptum: quippe populus Chron. t. 3.  
pag. 342  
concordiam inter eos redditam, affi- Davit. Es  
duis acclamationibus gratulabatur, ac Thuan. l. c.  
ipsimet Reges, quotiescumque conve-  
nerant, mutuae venerationis, atque  
amicitiæ signa haud obscura edebant.

### §. CVII.